



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

Federico Card. Borromaeo S. Mediolan. Ecclesiae Archiepiscopo. Ac Domino Parentiqve Optimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

F E D E R I C O
CARD. BORROMAEO
S. M E D I O L A N . E C C L E S I A E
A R C H I E P I S C O P O ,
A C D O M I N O P A R E N T I Q U E O P T I M O .

Congregatio Oblatorum perpetuam felicitatem.



VM multa fuerunt in CAROLO
Borromao Patruel et tuo, FEDE-
RICE Cardinalis Ampliss. ad
ecclesiasticam disciplinam in Me-
diolanen. Prouinciam vel in-
ducendam, vel corrigendam præ-
clara, atque admiranda; tum illud unum præcla-
rum nobis, atq; admirabile præcateris videri so-
let, quod tot Prouincialibus Diæcesanisq; Conci-
lijs celebratis, illi tamen noua semper rerum seges
suppeteret, unde alia rursus atque alia conderen-
tur: eo siquidem ingenio erat, ut quocunq; ani-
mum intendisset, ibi & valere plurimum, & præ-
stare alijs omnibus crederetur. Hoc licet edita
iam pridem Acta luculenter testentur, quibus uni-
uersa Cleri regendi, fidelisq; populi christianis mo-
ribus imbuendi scientia continetur; multò cla-
rius tamen intelligi potest ex ijs, quæ nunquam

† 2 ante

ante hoc tempus vulgata, obsoletis quibusdam in
schedulis vim omnem & rationem Episcopalis
administrationis & muneris complectitur. Hac,
cum verendum magnopere esset, ne veluti mem-
bra à suo corpore diuulsata bescerent, ac perirent;
dedimus operam, ut undequaq; diligenter colle-
cta, ad alteram hanc Actorum editionem, quam
iamdiu moliti, aliquando tandem absoluimus, ad-
iuncta prodirent. In quo eò etiam libentius labo-
rauimus, quòd nobis non semel ostenderis, tibi gra-
tissimum fore, si ea ab interitu quodammodo vin-
dicata, ad communem hominum utilitatem darē-
tur in lucem. Praterquam quòd cum eadem non
ab Italis modo, sed exterarum etiam nationum
Episcopis, & Sacerdotibus vehementer expeti,
atq; adeo efflagitari audiremus; ipsorum vota
inani exspectatione eludere nihil esse aliud duce-
bamus, quām salutaris disciplina progressiones,
qua longè lateq; patere debent, angustis finibus
circunscribere, & christianam rem publicam plu-
rimis maximisq; ad aeternam felicitatem compa-
randam præsidij atq; adiumentis priuare. Quam-
quam enim hæc ad clerum Mediolanensis dunta-
xat prouincia instituendum sanctitas sint; eatamen
fuit eximij illius viri auctoritas, clarissimis sem-
per actionibus, vitaq; incredibili sanctimonia
confir-

confirmata, ut quæ ab illo decreta essent, ea sibi
quisq; sequenda atq; amplectenda meritò iudica-
ret. Quamobrem tot iustis hominum desiderijs sa-
tisfacere cum maxime cuperemus, non illud modò
contendimus, ut quæ hactenus impressa erant, ea
multo quām antea emendatoria legerentur; sed
quæ addita essent, etiam si minus polita & culta
eruditis auribus visū iri sciremus, ea ut fideliter
retinerentur, curauimus; nè vel prateritum quid,
vel adiūctum, vel immutatum, aut suspicari quis-
quām posset, aut queri. Tibi verò cur dicare po-
tissimum voluerimus, ea sanè causa fuit, quòd, &
in eodem dignitatis fastigio collocatus, eodē, quan-
tum in te est, studio & voluntate eandem eccl-
esiā regis; & congregatiōnem nostrām, quam il-
le primus instituit, ita auges, & ornas, ut & nos
ipsoī, & quæ à nobis quoquo modo profiscuntur,
omnia iure tibi optimo debeamus. Accipe igitur
Acta Mediolanensis Ecclesie, cuius ad clauum tu
sedes; & nos, qui tibi animos, voluntatesq; no-
stras addiximus, quod facis, tuere, & ama.

Mediolani xiiij. Kal. Iunij. M. D. IC.

t 3 ACTO-

